RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

Longævitas, uti ob connatum vitæ amorem & deſiderium ad ſenectam, mortalium mentibus jucundam ſiſtit imaginem, ſic curioſis cauſarum indagatoribus, uberem eruditarum diſcuſſionum præbuit materiam. Proxime hæc cura, diſquirendi de illis, Medicos & rerum naturalium peritos attinet ac pridem occupavit. PLINIUS (*in Hiſtoria naturali Lib. 7. c. 48.*) de eis qui vitam in multos annos protraxerunt, quædam monet, in definiendis cauſis parcus, intra nominum quæ recenſet terminos ſubſiſtit. Neque plura quæ animum paſcunt & rationem delectant attulit LUCIANUS (in eleganti cæteroquin Dialogo περὶ τῶν Μακροβίων) eundo per exempla Regum, Imperatorum, Virorum Celebrium, Philoſophorum atque Rhetorum, qui ultimos limites vitæ hominum poſitos, vel attigerunt, vel transgreſſi ſunt, ex quorum recenſu ſi demas, quos fabula finxit, Neſtorem æquaſſe numero conditarum meſſium, aut ab illo non longe abfuiſſe, hiſtoriam, aut potius indicem ſenum habebis macilentum ſucco æque ac ipſi ſenes deſtitutum. Spes fallit, ſi in VALERIO MAXIMO Viro πολυιστοράτῳ plura (*Libr. VIII. c. 13.*) ubi materiam iſtam tangit, te inventurum ſuſpicaberis. Recentiores, meliori methodo uſi in inveſtigandis rerum naturalium cauſis, eximia afferunt, quæ media ad longam vitam vel obtinendam, vel per illa ut videtur impetratam, declarant, nec eſt quod opponi poſſit, ſi nexum inter illa atque effectum planum ac evidentem expendamus, cum exemplis paucis in quibus eventus iſte cum cauſis conſpicitur. Commentationes doctæ in lucem ſunt editæ atque leguntur, de longævitate ex aëris temperie, ex diæta, ex motu atque exercitatione corporis, ex moderamine affectuum animi, ex uſu quorundam ciborum & abſtinentia ab aliis, ex vitæ genere, ut & de morte ex ſenectute, quæ licet in quibusdam caſibus, cauſas explicant, quantum illas perſpicere valemus, neutiquam tamen regulas generales ponunt, ex quibus ſors noſtra pendeat, aut qualibet mors matura vel ſerotina ſit explicanda. Id ſi eſſet, vitæ duratio diuturnior, aut interceptio citior, mere ſubjiceretur medits, ſubtraheretur in multis providentiæ Numinis, atque a non paucis mora vitæ poſſet protrahi arte humana & finis ejus procraſtinari. Quid enim! ſi ob iſtas cauſas & quas demum, citra Numen, eis velis addere, mora vel differretur vel moveretur terminus, aut omnes ſimul deberent adeſſe, idque continuo, quo pacto, quum ita nunquam adſint, nemo foret longævus, aut ſufficerent quædam, & ſic fere omnes, ſane plurimi mortalium, ſeram attingerent ſenectam, quorum maxima pars in ipſo ætatis flore decedit. Confundit hic Deus humanam ſpem, præſumtionem, metum, ipſamque ſcientiam, ut doceat ſe eſſe ſupremum vitæ mortisque arbitrum, qui etiamſi in rebus creatis illarumque eventibus, operetur ope mediorum juxta Leges naturæ fixas, in mediorum tamen diſpoſitione atque concurſu agat, pro liberrima ſapientia, non ſecundum noſtra judicia, ſcientia ut plurimum ſuperficiaria nixa. Hinc longævitatem promiſit ut pietatis, diverſarumque virtutum, cum maxime obedientiæ parentibus præſtandæ, præmium (Deut. V, 16. XI, 9. Epheſ. VI, 2. Syrac. III, 7. 9.) Hinc contra ſpem, robuſtorum auffert ſpiritum, & contra quod metueramus, imbecillium dies prolongat, quo nos doceat, vitæ terminum caſum eſſe divinæ Majeſtati, non noſtro arbitrio aut judicio reſervatum, nosque excitet, ut proſpicientes ad incertum tempus horæ fatalis imminentis, neque nimis ſecuri mediis fallacibus indiciisque fidamus, neque fatiſcamus metu ad ſiniſtra omina & ſigna, verum ipſi noſtra fata commendantes, penduli a providentia atque dominio eminente, ſalutem noſtram operemur in tempore, cum timore & tremore, nil cunctantes, nil differentes neque etiam decretum prætercurrentes. Exuit quicquid mortale erat, ſenex longævus, cujus obitum morbi graviores a longo tempore fuerant minati, ſed qui e diſcriminibus eluctans, diu rebus humanis ſuperfuit, ſeniique veris illis atque præcipuis oblectamentis, flore familiæ mactatus eſt, cujus memoriæ atque honoribus hæc ſcribimus, Vir *Nobiliſſimus Conſultiſſimus atque Ampliſſimus* JOHANNES SCHOENE, J. U. D. & in foro patrio cauſarum patronus. Vitæ ejus initium numeratur ab Ao. MDCLXXIII. d. 16 Julii, quo heic Bremæ nobili loco natus, ex *Patre* Viro Conſultiſſimo & Nobiliſſimo MEIMARO SCHOENE J. U. D. atque Advocato: *Matre* vero fœmina præclara HIBELJA WACHMAN: *Avo* Viro Nobiliſſimo Conſultiſſimo atque Ampliſſimo HERMANNO SCHOENE JCto atque Senatore; *Avia* T. T. KUNIGUNDA STEDING, Conſulis inclyti CHRISTIANI STEDING atque KUNIGUNDÆ von BORKUM filia, quæ utraque Stedingorum & Borkumiorum gentes, ab aliquot retro Seculis in patria fuerunt celebres: *Proavo* ALBERTO SCHOENE Magnario & Spectabilis Seniorum Collegii Sodali; *Proavia* ADELHEIDE SPECKHAHN, nata MEIMARI SPECKHAHN Patricii clariſſimi & ADELHEIDIS SCHUTTEN. In ſtemmate materno *Avus* fuit, Vir Excellentiſſimus JOHANNES WACHMAN JCtus & Syndicus Senior: *Avia* T. T. ALMATHA HOLLEN filia Viri Ampliſſimi JOHANNIS HOLLEN Magnarii & Senatoris, atque GEBECCÆ MEYER: *Proavus* JOHANNES WACHMAN Magnarius & membrum Ampliſſimi Senatus; *Proavia* ELISABETHA KREFTING, nata HERMANNI KREFTING negotiatoris feliciſſimi & CATHARINÆ FELDHAUSEN. Poſitis mature ſtudiorum atque bonarum artium fundamentis in Pædagogio, quod heic floret, atque emenſis omnium claſſium curriculis, poſtquam Ao. MDCXC. Kalendis Maji, promotus fuerat ad altiora ſubſellia, Doctoribus uſus eſt in humanioribus literis, quas olim ſtrenue, quæque ipſum continuo, imo ſenem oblectarunt, *Dieterico Sagittario*, in Philoſophicis *Johanne Eberhardo Schwelingio*, in Juris ſcientia *Alberto Meiero & Wilhelmo Hupden.* Doctoribus & Profeſſoribus Jurium clariſſimis. Exteras dein ſalutatum ivit muſas Ao. MDXCV. Halæ, per biennium pependit ab ore ſummorum virorum *Strykii & Thomaſii*, poſtea Ultrajecti Celebres Anteceſſores, interque illos *Cornelium van Eck* audivit, usque quo, finito ſtudiorum Academicorum ſtadio, ibi, laurea doctorali Ao. MDCXCIIX. d. 20 Aprilis, præmiſſo ſpecimine inaugurali, *de Partu*, ornaretur. Tunc ſe ad peregrinationes accinxit; Viſis Belgii fœderati emporiis atque urbibus, Anglia dein, cum maxime Londino, Oxonio & Cantabrigia. Gallis poſtea, & in illis Lutetia atque inſigni tunc ſplendore coruſcante Regis aula, perrexit per Argentinam, per Wetzlariam, ubi ad tempus commoratus, ut rerum & negotiorum quæ ad ſummum Dicaſterium, quod ibi floret, ſpectant, cognitione ſe inſtrueret, per Germaniæ ſuperioris civitates atque Principum aulas, Viennam, ibique denuo ſubſiſtere conſultum ipſi viſum eſt. Demum in Italiam delatus, luſtratis Venetiis, Romam adiit, in amicitiam Virorum Illuſtrium & Eruditorum ſe inſinuavit, mentemque ac oculos pavit, conſpectu canæ & ceu ciborum antiquitatis ruderum: ſimque, luſtrata Florentia, via quæ ducit per Lombardiam, & celebres Germaniæ urbes, ſoſpes atque incolumis eſt redditus, menſe Decembri Ai. MDCXCIX. De re familiari inſtruenda cogitans, connubio felici ſibi Ao. MDCC. d. 18. Maji junxit, Viduam nunc mœrentem, Virginem Lectiſſimam METTAM HARMES, Viri Perquam Magnifici JOHANNIS HARMES JCti, Conſulis Senioris de Patria Meritiſſimi, & Eccleſiarum ſuburbicarum Viſitatoris, atque T. T. METTÆ von ASCHEN filiam. Multis illud beatum fuit numeris, inprimis duratione ultra annos quinquaginta & prolis proſperitate. Ternam enim ſuſcepit, ex qua bina in vivis ſupereſt. *Primogenitus* eſt, Vir Nobiliſſimus Conſultiſſimus atque Doctiſſimus JOHANNES SCHOENE J. U. D. & in ordine JCtorum Profeſſor Senior Celeberrimus. Collega noſter honoratiſſimus, atque cauſarum Patronus integerrimus, qui felici vinculo matrimonii unitus eſt A. MDCCXXXII. d. 20 Maji, cum Virgine educatiſſima GESA MARGARETHA d'ERBERFELD, filia Viri Ampliſſimi PHILIPPI d'ERBERFELD Magnarii florentiſſimi atque Senatoris & T. T. METTÆ LOENING, pater paris eximiorum adoleſcentum, JOHANNIS, atque PHILIPPI, primæ claſſis diſcipulorum. *Secundo genitus* HERMANNUS anno ætatis nono deceſſit. *Tertio genita* eſt Matrona conſpicua METTA, conjunx Viri Illuſtris & Perquam Magnifici DIDERICI MEIER JCti Excellentiſſimi, Conſulis Patriæ Senioris, Eccleſiarum in agro Viſitatoris, cum maxime hoc tempore Reipublicæ Præſidis, quem Deus bono publico conſervet, fauſtis auſpiciis nupta A. MDCCXXVIII. d. 26 Octobris, & mater ſobolis magnæ ſpei, JOHANNIS, adoleſcentis præſtantiſſimi, primæ claſſis alumni atque METTÆ, Virginis egregiæ. Virtus pie defuncti, caram ejus facit memoriam, erecta indoles, ingenuus animus, ſinceritas omnem reſpuens fucum, & benevolentia, qua prodeſſe ſtuduit proximo. Deo devotam mentem teſtatus, reverenter ejus habendo verba, illaque legendo & meditando jugiter. Animum his deliciis paſcebat, reficiebatque libris ad nutriendam pietatem compoſitis, quos ut ſeligere noverat apte, ſic & deperibat, inprimis quum ingraveſcens ſenectus, cum morbis quos ſecum ducit, de obitu approperante, diu ante ultimum moneret morbum. Invaſit ille ipſum ante tres hebdomadas. Apoplecticus erat, qui quidem remittere videbatur adhibitis præſentiſſimis remediis, die tamen 13 labentis menſis, novo inſultu vires adeo attrivit, ut tempore veneris die 16to, circa horam antemeridianam undecimam, animam Deo placide redderet, ſenex longævus annorum LXXVII & III. menſium. Hodie ſub horam I humi mandabuntur exuviæ mortales in templo Ansgariano, in ſpem beatæ reſurrectionis. Agamus id o lector, ut ſive cito, ſive tarde ævum noſtrum finiamus ad ſupremi domini nutum, in æviternitate futura nobis bene ſit, & ſtari coram tribunali longævi dierum, non confundamur. Vale, Po. d. XXI. Octobris A. MDCCL.

RECTOR & PRO

ILLUSTRIS SCHOLÆ

LECTORI

Longævitas, uti ob connatum vitæ amorem & deſiderium ad
ginem, ſic curioſis cauſarum indagatoribus, uberem eruditarum
ralium peritos attinet ac pridem occupavit. *PLINIUS* (*in Hiſtoria* … *Lib. 7. c. 48.*)
cauſis parcus, intra nominum quæ recenſet terminos ſubſiſtit. Neque
Dialogo περὶ τῶν Μακροβιῶν) eundo per exempla Regum, Imperatorum,
ſitos, vel attigerunt, vel transgreſſi ſunt, ex quorum recenſu ſi demas,
fuiſſe, hiſtoriam, aut potius indicem ſenum habebis macilentum
plura (*Libr. VIII. c. 13.*) ubi materiam iſtam tangit, te inventurum ſuſpicaberis. Recentiores,
ad longam vitam vel obtinendam, vel per illa ut videtur impetratam, declarant, nec eſt quod
exemplis paucis in quibus eventus iſte cum cauſis conſpicitur. Commentationes doctæ
citatione corporis, ex moderamine affectuum animi, ex uſu quorundam ciborum & abſtinentia
explicant, quantum illas perſpicere valemus, neutiquam tamen regulas generales ponunt,
vitæ duratio diuturnior, aut interceptio citior, mere ſubjiceretur mediis, ſubtraheretur in multis
procraſtinari. Quid enim? ſi ob iſtas cauſas & quas demum, citra Numen, eis velis addere,
quo pacto, quum ita nunquam adſint, nemo foret longævus, aut ſufficerent quædam, & ſic
tis flore decedit. Confundit hic Deus humanam ſpem, præſumtionem, metum, ipſamque
eventibus, operetur ope mediorum juxta Leges naturæ fixas, in mediorum tamen diſpoſitione
ſuperficiaria nixa. Hinc longævitatem promiſit ut pietatis, diverſarumque virtutum, cum
Hinc contra ſpem, robuſtorum auffert ſpiritum, & contra quod metueramus, imbecillium dies prolongat,
judicio reſervatum, nosque excitet, ut proſpicientes ad incertum tempus horæ fatalis imminentis,
omina & ſigna, verum ipſi noſtra fata commendantes, penduli a providentia atque dominio
differentes neque etiam decretum prætercurrentes. Exuit quicquid mortale erat, ſenex longævus,
ctans, diu rebus humanis ſuperfuit, ſeniique veris illis atque præcipuis oblectamentis,
atque Ampliſſimus JOHANNES SCHOENE, J. U. D. & in foro patrio cauſarum patronus.
ex *Patre* Viro Conſultiſſimo & Nobiliſſimo MEIMARO SCHOENE J U. D. atque Advocato;
atque Ampliſſimo HERMANNO SCHOENE JCto atque Senatore; *Avia* T. T. KUNIGUNDA
filia, quæ utræque Stedingorum & Borkumiorum gentes, ab aliquot retro Seculis in patria
li; *Proavia* ADELHEIDE SPECKHAHN, nata MEIMARI SPECKHAHN Patricii clariſſimi &
NES WACHMAN JCtus & Syndicus Senior; *Avia* T. T. ALMATHA HOLLEN filia Viri
JOHANNES WACHMAN Magnarius & membrum Ampliſſimi Senatus; *Proavia* ELISABETHA
FELDHAUSEN. Poſitis mature ſtudiorum atque bonarum artium fundamentis in Pædagogio,
Maji, promotus fuerat ad altiora ſubſellia, Doctoribus uſus eſt in humanioribus litteris,
phicis *Johanne Eberhardo Schwelingio*, in Juris ſcientia *Alberto Meiero* & *Wilhelmo Hupeden*,
Halæ, per biennium pependit ab ore ſummorum virorum *Strykii* & *Thomaſii*, poſtea Ultrajecti
Academicorum ſtadio, ibi, laurea doctorali Ao. MDCXCIIX. d. 20 Aprilis, præmiſſo ſpecimine
emporiis atque urbibus, Anglia dein, cum maxime Londino, Oxonio & Cantabrigia,
nam, per Wetzlariam, ubi ad tempus commoratus, ut rerum & negotiorum quæ ad ſummum
atque Principum aulas, Viennam, ibique denuo ſubſiſtere conſultum ipſi viſum eſt. Demum
ſe inſinuavit, mentemque ac oculos pavit, conſpectu canæ & eruditæ antiquitatis ruderum;
incolumis eſt redditus, menſe Decembri Ai. MDCXCIX. De re familiari inſtruenda cogitans,
mam METTAM HARMES, Viri Perquam Magnifici JOHANNIS HARMES JCti, Conſulis
ASCHEN filiam. Multis illud beatum fuit numeris, inprimis duratione ultra annos quinquaginta
Vir Nobiliſſimus Conſultiſſimus atque Doctiſſimus JOHANNES SCHOENE J. U. D. & in ordine
tronus integerrimus, qui felici vinculo matrimonii unitus eſt A. MDCCXXXII. d. 20 Maji,
d'ERBERFELD Magnarii florentiſſimi atque Senatoris & T. T. METTÆ LOENING,
Secundo genitus HERMANNUS anno ætatis nono deceſſit. *Tertio genita* eſt Matrona
Conſulis Patriæ Senioris, Eccleſiarum in agro Viſitatoris, cum maxime hoc tempore Reipublicæ
bris, & mater ſobolis magnæ ſpei, JOHANNIS, adoleſcentis præſtantiſſimi, primæ claſſis
doles, ingenuus animus, ſinceritas omnem reſpuens fucum, & benevolentia, qua prodeſſe
meditando jugiter. Animum his deliciis paſcebat, reficiebatque libris ad nutriendam pietatem
cum morbis quos ſecum ducit, de obitu approperante, diu ante ultimum moneret morbum.
bitis præſentiſſimis remediis, die tamen 13 labentis menſis, novo inſultu vires adeo attrivit,
ſenex longævus annorum LXXVII & III. menſium. Hodie ſub horam I. humi mandabuntur
cito, ſive tarde ævum noſtrum finiamus ad ſupremi domini nutum, in æviternitate futura
A. MDCCL.

& PROFESSORES P.
S SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

ſiderium ad ſenectam, mortalium mentibus jucundam ſiſtit ima-
onum præbuit materiam. Proxime hæc cura, disquirendi de illis, Medicos & rerum natu-
lis Lib. 7. c. 48.) de eis qui vitam in multos annos protraxerunt, quædam monet, in definiendis
plura quæ animum paſcunt & rationem delectant attulit LUCIANUS (in eleganti cæteroquin
irorum Celebrium, Philoſophorum atque Rhetorum, qui ultimos limites vitæ hominum po-
quos fabula finxit, Neſtorem æquaſſe numero conditarum meſſium, aut ab illo non longe ab-
æque ac ipſi ſenes deſtitutum. Spes fallit, ſi in VALERIO MAXIMO Viro πολιτικωτάτῳ
meliori methodo uſi in inveſtigandis rerum naturalium cauſis, eximia afferunt, quæ media
opponi poſſit, ſi nexum inter illa atque effectum planum ac evidentem expendamus, cum
m ſunt editæ atque leguntur, de longævitate ex aeris temperie, ex diæta, ex motu atque exer-
ab aliis, ex vitæ genere, ut & de morte ex ſenectute, quæ licet in quibusdam caſibus, cauſas
quibus ſors noſtra pendeat, aut quælibet mors matura vel ſerotina ſit explicanda. Id ſi eſſet,
providentiæ Numinis, atque a non paucis mora vitæ poſſet protrahi arte humana & finis ejus
rtis vel differretur vel moveretur terminus, aut omnes ſimul deberent adeſſe, idque continuo,
omnes, ſane plurimi mortalium, ſeram attingerent ſenectam, quorum maxima pars in ipſo æta-
am, ut doceat ſe eſſe ſupremum vitæ mortisque arbitrum, qui etiamſi in rebus creatis illarumque
que concurſu agat, pro liberrima ſapientia, non ſecundum noſtra judicia, ſcientia ut plurimum
me obedientiæ parentibus præſtandæ, præmium (Deut. V, 16. XI, 9. Epheſ. VI, 2. Syrac. III, 7.9.)
prolongat, quo nos doceat, vitæ terminum caſum eſſe divinæ Majeſtati, non noſtro arbitrio aut
, neque nimis ſecuri mediis fallacibus indiciisque fidamus, neque fatiscamus metu ad ſiniſtra
s eminente, ſalutem noſtram operemur in tempore, cum timore & tremore, nil cunctantes, nil
vus, cujus obitum morbi graviores a longo tempore fuerant minari, ſed qui e diſcriminibus elu-
e mactatus eſt, cujus memoriæ atque honoribus hæc ſcribimus, Vir *Nobiliſſimus Conſultiſſimus*
æ ejus initium numeratur ab Ao. MDCLXXIII. d. 16 Julii, quo heic Bremæ nobili loco natus,
Matre vero fæmina præclara HIBELIA WACHMAN: *Avo* Viro Nobiliſſimo Conſultiſſimo
STEDING, Conſulis inclyti CHRISTIANI STEDING atque KUNIGUNDÆ von BORKUM
runt celebres: *Proavo* ALBERTO SCHOENE Magnario & Spectabilis Seniorum Collegii Soda-
ADELHEIDIS SCHUTTEN. In ſtemmate materno *Avus* fuit, Vir Excellentiſſimus JOHAN-
mpliſſimi JOHANNIS HOLLEN Magnarii & Senatoris, atque GEBECCÆ MEYER: *Proavus*
THA KREFTING, nata HERMANNI KREFTING negotiatoris feliciſſimi & CATHARINÆ
quod heic floret, atque emenſis omnium claſſium curriculis, poſtquam Ao. MDCXC. Kalendis
luit ſtrenue, quæque ipſum continuo, imo ſenem oblectarunt, *Diderico Sagittario*, in Philoſo-
ctoribus & Profeſſoribus Jurium clariſſimis. Exteras dein ſalutatum ivit muſas Ao. MDXCV.
Celebres Anteceſſores, interque illos *Cornelium van Eck* audivit, usque quo, finito ſtudiorum
naugurali, *de Partu*, ornaretur. Tunc ſe ad peregrinationes accinxit; Viſis Belgii foederati
ea, & in illis Lutetia atque inſigni tunc ſplendore coruſcante Regis aula, perrexit per Argenti-
icaſterium, quod ibi floret, ſpectant, cognitione ſe inſtrueret, per Germaniæ ſuperioris civitates
Italiam delatus, luſtratis Venetiis, Romam adiit, in amicitiam Virorum Illuſtrium & Eruditorum
que, ſalutata Florentia, via quæ ducit per Lombardiam, & celebres Germaniæ urbes, ſoſpes atque
nnubio felici ſibi Ao. MDCC. d 18. Maji junxit, Viduam nunc moerentem, Virginem Lectiſſi-
oris de Patria Meritiſſimi, & Eccleſiarum ſuburbicarum Viſitatoris, atque T. T. METTÆ von
a & prolis proſperitate. Ternam enim ſuſcepit, ex qua bina in vivis ſupereſt. *Primogenitus* eſt,
ne JCtorum Profeſſor Senior Celeberrimus, Collega noſter honoratiſſimus, atque cauſarum Pa-
Virgine edecumata GESA MARGARETHA d'ERBERFELD, filia Viri Ampliſſimi PHILIPPI
ente paris eximiorum adoleſcentum, JOHANNIS, atque PHILIPPI, primæ claſſis diſcipulorum.
METTA, conjunx Viri Illuſtris & Perquam Magnifici DIDERICI MEIER JCti Excellentiſſimi,
æſidis, quem Deus bono publico conſervet, fauſtis auſpiciis nupta A. MDCCXXVIII, d. 26 Octo-
atque METTÆ, Virginis egregiæ. Virtus pie defuncti, caram ejus facit memoriam, erecta in-
r proximo. Deo devotam mentem teſtatus, reverenter ejus habendo verba, illaque legendo &
mpoſitis, quos ut ſeligere noverat apte, ſic & deperibat, inprimis quum ingraveſcens ſenectas,
nvaſit ille ipſum ante tres hebdomadas. Apoplecticus erat, qui quidem remittere videbatur adhi-
pero veneris die 16to, circa horam antemeridianam undecimam, animam Deo placide redderet,
viæ mortales in templo Ansgariano, in ſpem beatæ reſurrectionis. Agamus id o lector, ut ſive
bene ſit, & ſtati coram tribunali longævi dierum, non confundamur. Vale, Pos. d. XXI. Octobris